# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

**Guido <de Columnis>**

**[Reichenau], [14. Jahrh.]**

Liber XXXI


urn:nbn:de:bsz:31-73096



Visual Library

claustra illicite dirupi permitteret q sui pu
doris integram puritate pateret per man⁹
minus se nobilitari deturpari. Et spali
abeis qui hostili aio Regem priem sui q
inclitos fres suos crudeli peremerunt.
qr dixit melius sibi succede ipatria sua
mori qm periculu impaupertatis angu
stijs uitri duceis anxiose ambire pui
cias alienas Veniat igr mors qua sedi
xit gratanter admitte Dum est uirgo
q uirginitate sua dijs oibus q ipi morti
grata uoluntate libare. Ad hec dum ta
cuit Polixena statim Pirrus coram
sui Patris sepulcro cum gladio uidente
hecuba matre sua ipe polixena occi
dit cui corpore perfusum truncato pe
Patris monumentum in multa circumquaq
copia uirginei sanguinis irrigauit. hec
cuba uo cum uidit coram se inte fica polli
xena dolore primo sui sensus ptin
exutta memoria facta est furiosa qr
in furore suo semper dissoluta vaga
discurrit quoscumq potest mordet more
canino q piectis ab ea lapidibus no
istu obruit nec quilibet grecos multimode
offendendo propter qd facta est nimium grecis
infesta. q ideo eam greci capi fecerunt et
mandarunt i aulide insulam troie vicinam

ab oibus lapidari queibidem lapidibus obruta
die clausit extremum Greci uo hecube cor
pori monumentum arduum q insigne fieri ma
dauerunt ubi corpus hecube fuit sepultum.
Cui monumenta fabrica usq in hodiernum
diem loco apparet i ipso q nomen q tunc fuit i
positum ipi loco propter memoriam hecube uocat⁹
est locus infestus qd nomen usq nunc integer
obtinet omnibus loco.

Liber xxxi. de exilio enee et de relegatione Anthenoris et de morte Thelamonii aiacis.

Post Troiane urbis i tanto suorum
Ciuium conflictuum discrimine
captionem nondum ualentibus grecis a troiane
cede per minimam maris q temporis tempestate;
Thelamoni⁹ aiax coram Agamenone et
alijs grecorum principibus contra ulixem querelam
exposuit dicens q cum indistribuendis bonis
et facultatibus in troyane Ciuitatis captio
cione quesitis debuerit equa forma seruari
i paladio cum concedendo no fuit equa for
seruata cum paladium concessum fuit ulixi
qui tanto pacio no fuit dignus; et ego eo
caream qui multo magis dignus existo cum
propter me strenuitatis sudore inmodico mul
tociens grecorum exercitum fame nimia laborante
multa sacietate repleuimus i miserie victua
lium libertate que multociens a troyanis q

Mors polixena: Pirro nobilissima q virgo pulcherrima
Mors hecuba vxor Regis priami lapidacione grecorum.
Querela Aiacis Thelamonii contra ulixem.

deuictum in mei fortitudine roboris illesum
perduxi et confusum feci omnes hostes. Cum
et ego Regem polimestorem interfecerim in
cuius custodia Rex priamus commiserat eius fi-
lium polidarum cum infinita quantitate thesauri
quo polidoro interfecto ante que thesauri
sui ad exercitum grecorum totum adduximus ex quo
fuit semper exercitus in suis expensis semper
habundans. Interfeci quoque regem phrigie omnibus
bonis eius grecis adductis. Et eo amplius quod
dominio eorum adiecerim meo studio quamvis meis
viribus multa Regna Gargaros scilicet ceperim
Anfidiam. et lansiam nec non et circumadia-
centia regna troye et loca sibi finitima
usque ad muros Ciuitatis ipsius cum nullus
esset qui troyanis in illo succurreret. Cumque ego
cum Achille multa uictoriosa perfecerim que hec
ipse in suo sermone diuisa distinxit. hec tamen
superflua sunt omissa. At ipse Ulixes carens
omni strenuitate milicie sola sui sermonis
facundia ualet et super eam uidetur quod non preualet
nisi in blandiciis tamen et fallacia ante ubi uero
qui si dixit nos dominos per eum troiane ciui-
tatis effectos hoc non alicuius strenuitatis
uirtute processit se a proditoriis et fallacibus
uerbis suis propter quod labore perpetue laboribus mi
in fine inter grecos uel troianos quos debuerunt
in nostra potencia deuenire. Vicerunt per machina-

filium naturalem Regis priami

cionis fallaciam et proditionem. Postquam uero Thela-
mon finem fecit. Ulixes contra eum uerba
audacter respondens dixit. Si troyanum exercitum
sua strenuitate vicisse et sapientis consilio
sensus sui quem si non fuisset meo exercitu et
multa industria sensus sui adhuc troia
in sua gloria et firmitate maneret et eius ciues
essent adhuc in fortitudine status eorum. Sane
michi certum non uirtute tua domine Thelamon
grecis paladium fuit conquisitum sed per studium
mei curam Troiam numquam quod esset sed ego per
solicitus mei scrutinium adinueni quod per soli
paladium retardabatur in capcione ciuita-
tis cum in paladium uirtute consilium Troiam
capi non posse donec paladium esset intra
menia ciuitatis ipsius. Ad Troiam
accessi furtiue et in tantum studiose trac-
taui quod paladio ipso tradito nobis fuit ci-
uitatis ipsius dominium acquisitum. Et ad hec
michi certum. Ulixes tunc suo colloquio fi-
nem fecit. Thelamonius uero aiax multis
obrobriosis uerbis insultauit grauiter
in ulixem et ulixes nichilominus contra eum propter
quod capitales facti sunt inuicem inimici et
Thelamonio penitus assentiente necesse esse quod
suis manibus moriatur ulixes. Et dum
placuisset Regibus Agamenonis et
ornelai standum esse in iudicio quis eorum

paladium habere deberet. Thelamonio uel Vli-
xe ipsi eorum arbitrio decreuerunt palladi-
um penes Vlixem remanere debere tamquam
domino eius adductum. Quod forte ideo quia Vlixes
eorum contemplacione Helenam a mortis periculo de
manibus Thelamonii ipsius et aliorum Regum
grecorum suis sermonibus liberauit. Dolet igitur
Thellamonius ex tali prouisione facta per Aga-
menonem et Menelaum de paladio incompara-
biliter contra eum cum omnes qui maiores erant
constanter assererent in optinendo paladio The-
lamonem digniorem Vlixe. Propter quod Thelamo-
nius contra Agamenonem et Menelaum
egre gerens animum multa uerborum diffudit ob-
probria contra eos. Asserens se eorum capitalem de-
cetero inimicum. Cum uero et predicti duo Reges
fratres et Vlixes cum eis in magna militum co-
mitiua perambularent se cum cautella maxima
custodire. Postquam uero dies ille transiuit ue-
niente eius nocte sequenti et diei proximi aurora
surgente per quam dies sequens effudit orbi
summo diluculo lucem suam. Inuentus est quod ea
nocte fuerat in lecto suo Thelamonius inter-
fectus multis confossus uulneribus et eius corpore
multimode detruncato. Clamor igitur per totum
exercitum magnus exurgebat et de morte Thela-
monii contristantur omnes dolentes et qui crudelitatem
tam in Agamenonem et Menelaum culpam

De morte Thelamonii Aiacis. Alius fuit Aiax decimus morte fertur l. xxvij in fine. Alius fuit Aiax Oyleus de quo j. c. in fine.

impingunt sed precipue in Vlixem. Pirrus uero quia Thela-
monium affectione sincera dilexerat contra Vlixem
et alios Thelamonii necis participes multa conui-
tia uerba diffudit. Quare Vlixes de uita sua
dubitans quadam nocte sub ipsius noctis contici-
nio nimis obscure cum suis nauibus recessit
a Troia furtiue et alto pelago se commisit.
Dyomedi amico suo paladio dimisso. Sed
Pirrus Thelamonii corpus cremari mandauit
et ex eo facto cinere in quodam uase aureo deposito
et consignari disposuit cinerem ipsum multis signaculis
artificio mirabili sigillatum. Ad ipsius Thela-
monii Regis Regnum proprium deferendum. Aga-
menon uero et Menelaus cum quibusdam regibus
sibi fauentibus contra Pirrum et quosdam reges qui
Pirro fauebant faciebant se caute custo-
dire cum Pirrus insidiaretur eisdem et ipsi
similiter ipsi Pirro. Sed Antenor suo tractatu
inter eos pacem stabilem reformauit et ubi-
que illos maiores grecorum ad conuiuium in magna sol-
lempnitate studuit inuitare quos in magna
diuersitate ciborum pauit et refecit eosdem et
preterea eos in meliorum exhibicione donorum hono-
rare curauit. Circa uero contra Eneam eorum as-
sertionibus impingebant contra eos scilicet fregisse fidem
rupto sui federis uinculo. Ideo quia Polixenam
celauerat cuius mors eius occasione magni
Achilles extiterat interfecti et eo concitato co-

consilio Enee exilium tunc dicitur ut precio rele-
garetur a troia. qui cum non valeret eorum iussionibus
contraire grecis humiliter supplicavit ut saltem bi-
ginti duas naves cum quibus Paris apud greciam
se contulerat concedere dignarentur. que cum refectione
nimia indigerent reficiendi eas sibi deberent
spacium indulgere. quod greci sibi libaliter concesserunt
iiii mensium spacio sibi dato ad refectionem earum.
Interea Antenor nolens in troia manere quibus-
dam navibus sibi concessis voluntarius rece-
sit a troia cum quantitate plurima troianorum. sed
quo venerit quo diverterit presens ystoria non
declarat. Eneas vero contra Antenorem gerens
animum odiosum pro eo quod facto suo factum est quod ipse
relegaretur a troia pro sue arbitrio volunta-
tis. Latentes Antenori parantur insidias
qualiter a troia posset precio relegari. Quam-
propter Eneas troianis omnibus qui superstites erant
in troia ad consilium convocatis sic eos allocutus
est dicens. Amici fratres ex quo sinistrante
fortuna adversitate statum in quo estis incipi-
entes aperte videtis quod sine alicuius consilio
protectoris salubriter non potestis ducere dies
vestros. Est igitur nobis salubre ut me recedente
te de aliquo vestro rectore salubriter cogi-
tetis. Si enim inter vos barbares pullulant
et casus et causa alibi sciens vos sine pro-
tectore manere in nos irruent et omnibus

protector laceracionibus nos eripere expedit ergo
nobis ut in mare mittere per Antenorem ut
cum nobis constituatis in Regem ut cum eius consilio
contra emulos vestros possitis salubriter vos tueri.
Placuit itaque Enee consilium universis propter
peccorum nimios Antenore proposito in eventus ad
troia festum accessit in offensionem cuius
statim Eneas in armata manu voluit
prosilire cum adhuc Eneas in troya potencior
esset. Quod reliqui troianorum excusabant
apud troiam. Eneam humiliter deprecantur ut
a suis desistat inceptis ne mala eorum omnia
que iam fine in bellis aliquem sunt sortita
pericula intestina bella inter eos deleant
innovari. Ad eorum igitur verba Eneas sic dixit
quis vero posset tanta pietatis dulcedine de-
mulceri ut tanto viro nequissimo contumelias
proditionis auctoris pocius parcere posset cuius pro-
ditoriis artibus factum est quod Pollixena incli-
ti Regis filia virgo innocens mactata coram
sepulcro Achillis sic crudeliter meruisset
et ego sum vestro consorcio precio relegatus
quo vobiscum affectuavi in omnibus lacrimis tragi-
carum principum condolere et omnium anxieta-
tum vias consolacionis exquirere per quam possetis
intrinsecus vestris doloribus respirare. Ad verba
igitur Enee Troiani tunc omni deliberato consilio
Antenorem relegari decernunt a troia.

De discordia inter Eneam et Antenorem proditores troie

Verba Enee placata troianis contra Antenorem

Relegatur Antenor a troia perpetuo exilio.

ut nunquam rediret troiam sibi liceret. Data sibi
licentia continuo recedendi quod statim factum est.
Antenor statim cum suis navibus cum multis de
reliquis troianorum se immisit in mare. Cum-
que diu per peregrina equora navigaverunt donec
in quorundam manu incidit piratarum qui ir-
ruentes in eum et suos quosdam interfecerunt
ex eis alios vulneribus afflixerunt et demum
predati sunt eos tandem ab eorum manibus
liberati tam diu per maris equora devehuntur
donec anni presentis in superiore iure lictoria cui-
dam provincie applicarunt que gerledianica
batur in qua regnabat rex quidam valde
iustus et pius Oetides nomine qui provinciam
ipsam in multa tranquillitate regebat. Interim
igitur huius Regis descendit Antenor in com-
itiva paucorum iuxta litus cuiusdam rupis
excelse que ipsi litori imminebat. Cum ipsi
loci situatam planitiem que a radice rupis
ipsius longe lateque per rura discendebatur et
nemora et in multis aquarum fontibus circumque
que Antenor ipsius loci amenitate captus
ita in supremo rupis ipsius quandam civita-
tem fundare disposuit et fundavit. Cum
reliquis troyanorum qui navigaverunt cum
eodem et eam oxenalon statuit appellari
quam in brevi tempore factam murorum ambitu cir-
cumcinxit. Institutis in eis multis pergrinis

Una civitas fuit data per Antenorem que vocatur oxenalo.

turribus bellicosis. Quod postquam troianis innotuit
qui remanserant apud troiam de civitate ipsa
firmata in loco tuto fertili et ameno maxi-
ma pars eorum sponte pervenit ad eam. Ex quibus civitas
ipsa nec non ex multis aliis est facta nimium po-
pulosa. Preterea autem Regi Oetide cui erat illa
provincia subiecta sic se subiecit in multa saga-
citate novit Antenor quod Rex ipsum magnam
recepit in gratiam et civitatem ipsam et omnes
troyanos eosdem. Autem magnificatus est valde
ex dilectione regis. Antenor propter sue probitatis
industriam qui in Regno ipso post Regem factus est
Nota de Cassandra que remansit in troia.
consiliis ab ipso. Cassandra vero que remanserat apud
troiam multis exacerbata doloribus ex lapida-
tione matris et polixene iugulo sue sororis
multos dies duxit in lacrimis anxietatibus et la-
mentis. Sed demum lacrimarum imbribus exsiccatis
ea parum assuetis sudoribus et doloribus respirante
graecis qui intendebant a troia recedere alter mul-
tum exquirunt de futuris eorum quibus cassandra
dixit multa mala eis debere succedere antequam
in patriam recipiantur eorum. Agamenonem vero
dixit ipsum interficiendum ab hiis qui sunt de do-
mo sua. Et qualiter perierit unusquisque eorum acci-
dit sicut Cassandra vaticinata est illud presens
historia prosequens declarabit. De thela-
monio vero clandestine interfecto superierunt
duo filii quos ipse de duabus Reginis ha-

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

filii Thelamonis magni qui ut fuerunt duo filii Eantides de regina Glauca et Antiseus de Regina Ethimissa.

ex uxoribus sibi susceperat quorum unigenitus vocabatur Ean-
tides de Regina Glauca, et alius de Regina
Ethimissina qui Antiseus vocabatur. Hii duo
dum etatem agerent puerilem, dati fuerunt sibi tu-
tela et cum Regis Theucra ut eos donec pu-
bescerent educaret, et donec apti fierent ad mi-
litiam assumendam. Agamenon vero et Menelaus
a grecis licentiam postulant recedendi, quam ipsi
maiores grecorum adhuc existentem apud Tro-
iam eis concedere noluerunt. Habentes omnes
eos de clandestina Thelamonis nece suspec-
tos, dum de ultimis fuga furtiva per quam
accusatorem se ipsum ostitunt. Agamenonem
et Menelaum in quo relevarent sibi rec-
cedendi licentiam, tamen invitis animis tribuerunt.
Ipsi autem recedentes a Troia alto pelago se
committunt. Tempus erat quo calentis bis au-
tumpnus in orbe iam suos menses evolverat
inequales, et hiemalis yemis in suo pigro ri-
gore iam veniens propriis frondibus spoliaverat
arbores, et dulcibus avium iam induxerat silen-
tium cantilenis, tunc cum robustis ventorum austeri-
tas in mixto flatu spirante suis prosilit
ac minis, tunc cum ab aere liquido serenitate
depulsa nubium obscura congeries vestit
illum, que in pluviarum copiis dissolute non
invadunt menia fluminibus, et ab estivis in-
mox fructus et tritias decadentibus mentis valles

in suis decursibus valles ipsas undique nimium
difficiunt et extergunt. Tunc grecorum insultem
facultas ecce audacitatis ardore corda
commovit que ad propria repatriare volentes
peregrinationum annos fervente calore febri-
tare compellit, ut non advertentes viarum
discrimina nec temporum qualitas se defi-
derunt attingat adversa, propter quod plerisque
contingit et dum ad propria redire insultem fe-
stinant, viarum impedimentis emergentibus
inopinatis aggressibus in medio viarum defi-
ciunt, et numquam ad propria superest illis redeundi
facultas. Hoc igitur desiderio ducum grecorum cap-
ta fuit nota ad propria redeundi, recedentes a
Troia cum eorum navibus divitiis multis onu-
stis, quas ab opulentia troianorum preda
sibi multiplicata quesierunt. In profundo yemis
quodam die sereno captato se deposue-
runt in mare. Elevatis velis que affla-
tibus ventorum expansis per quattuor dies et
totidem noctes que feliciter navigarunt.
Quinto vero die circa nonam diei, pergentium
maris equora plena securitate
sulcarent, serenus aer subito factus est acci-
dens obductus nubibus, nubes evomerent
in multa copia pluviarum. Cingitur ether in
tonitruorum aggregationibus sonos emitten-
tibus fulguribus et coruscationibus repentinis.

Venti sunt qui sic vocantur.

et fulgoris ignibus transilientes inter tenebras tempestatis instabilem lucem prestant. Eurus vero nothus et zephirus ab oppositis colis uelaxati maris yma subuertunt et nunc in tumentes montes nunc in profundis uallibus maris undas eleuant et discedunt vehementes spiritus procellarum. Sic ergo Grecorum naues maris nimia tempestate quassate nec huc nec illuc in certo remige transferuntur. Scinduntur vella mali dilacerata per partes. Magno franguntur arbores in stridore et aliquando a suis malis violento diuorcio separate varias collidunt in partes. Temonum vero suorum ab ipsis nauibus auulsorum excusso remige naues ipse diu uage periclitantur varios inter fluctus. Superuenientis noctis tenebris duplicatis invicem sequuntur et a fluminibus a summo celo interpolata flamma micantibus in medio fluctuum exuruntur et exuste spumosas deprimunt inter undas dum eas celestis ignis exurit et maris aqua submergit. Pereunt ergo Greci nauigantes in ipsis qui innumerabiles diuicias Troianorum que vehebantur in eis vorax pontus absorbet. Oyleus vero Ayax qui cum triginta duabus nauibus suis in predictam incidit tempestatem omnibus nauibus suis exustis consimilis in mari in suis viribus brachiorum natando se

Ayax Oyleus propter violenciam quam fecit Cassandre extrahendo eam de templo Minerve tribulaciones infinitas recepit.

minimus [?] periit adtingens et inflatus plurimo potus aque vix se nudum recepit in litore ubi usque ad superuenientis diei lucem quasi mortuus iacuit in arena, de morte sua sperans potius quam de vita. Sed cum quidam ex suis natando similiter a maris ingluuie iam erepti nudi peruenissent ad litus, dominum eorum querunt in litore si forsitan euasisset, quem in arena iacentem inueniunt [?] illorum fouent affatibus cum nec in [?] ipsum nec alio possint auxilio refouere. Sic ergo ut dictum est Grecis periclitantibus contingit et Ayaci iniuste dee Minerue quam iram conceptam atrocissimam in Ayacem in eum et in alios voluit vindicare ex eo quod Cassandram a templo suo violenter extraxerit. Quamuis ei dictum sit quod pena suos tenere debet actores, non est nouum ut ob unius culpam diuina taxacione multi non culpabiles sepius arceantur. De aliis vero Grecis et Grecorum ducibus a Troia tunc recedentibus et ad propria redire festinantibus, qui predictas cladis periculum minime subierunt, qualiter eis successit apertius in sequenti libro narratur.

Dicit questionem impetitoris quod pena debet suos tenere auctores

Liber xxxii de fallis inuencionibus de morte Palamidis que calumpniose imputabatur. Ulixi et Dyomedi de Naufragio grecorum. et de morte Regis Agamenonis.